

Johann Joachim Schoepffer

Amplissimae Facultatis Juridicæ In Universitate Rostochiensi Ad Hunc Actum Decanus Joh. Joach. Schöpffer ... Suo Et Totius Collegii Juridici Nomine Ad Disputationem Inauguralem De Determinationibus Juris Viri Nobilissimi Atqve Præclarissimi Dn. Jo. Bartholdi Weise Hannoverani, In Auditorio Majori D. XII. Novembr. A. O. R. MDCCIX. ... Invitat

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1709]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002320690>

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2(1.)

- 1) Schoepfer diff: de falsa ratione decidendi.
- 2) - determinationibus juris.
- 3) - verbis honoris.
- 4, Wippermann progr: an advocatus labores in causa sua adhibitos ad
expensas adjudicatas referre possit.
- 5, Ziegler diff: de mohatra contractu.
- 6) - donatione inter vivos.
- 7, Reinhard progr: de hieejussionibus clericorum.
- 8, Rivinus diff: de clerico cambiante.
- 9, Senkenberg diff: de testamenti publici origine et sollemnitatibus
extrinsecis.
- 10, Schöpfer diff: de declaratione honoris.
- 11, Schroeter diff: de relaxatione juramentorum.
- 12, Schwarz diff: de ritibus quibusdam formulisque a manumissione
ad S. baptismum translatis.
- 13, Stuin diff: de protestatione secreta.
- 14, Streuer diff: de appellationibus a statibus imperii evangelicis ad
imperatorem in causis ecclesiasticis.
- 15, Struo diff: de admodiatione, germanice non Kargastau.
- 16, Stryer diff: de rejectione ab actis.
- 17, jure septidui.
- 18, natura matrimonii.
- 19, impugnatione facti proprii.
- 20, casibus in foro contraveniis.
- 21, Thomasius diff: de jure circa somnum et somnia.
- 22, Werenberg diff: pactum remissorium majoris partis chirographa-
riorum in concursu creditorum non esse juris romani.
- 23, Wenher diff: de usuris per modum interesse ultra alterum tan-
tum non exigendis.
- 24, Wichmannstrauen diff: de perjurio judiciali.

25, Wildvogel Diff. de jure thalami.

26, termino circumducto.

27, progr. de praeparata Principis subtilitate ad h. b. c. de adv. n.
divers. judic.

28, Diff. de Deo commissis.

13
AMPLISSIMÆ FACULTATIS
JURIDICÆ

27
2

IN UNIVERSITATE ROSTOCHIENSI
AD HUNC ACTUM **DECANUS**
JOH. JOACH. Schöpffer/

J. U. D. & Prof. Comes Palat.
Cæs. Consist. Duc. Consil. & Cancellariæ
Vicedirector

SUO ET TOTIUS COLLEGII JURIDICI NOMINE

AD
DISPUTATIONEM INAUGURALEM
DE

**DETERMINA-
TIONIBUS JURIS**

VIRI NOBILISSIMI ATQVE PRÆCLARISSIMI

DN. JO. BARTHOLDI

WEISE HANNOVERANI,

IN AUDITORIO MAJORI

D. XII. Novembr. A. O. R. MDCCIX.

MAGNIFICUM DN. RECTOREM, ILLUSTRIS
REGIMINIS PROCERES, AMPLISSIMUM UTRIUSQUE
REIPUBLICÆ SENATUM, OMNESQUE OMNIUM ORDINUM
DOCTORES ET CIVES ACADEMI.

COS, OFFICIOSE ET AMANTER
INVITAT.

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGI, SEREN. PRINC. & ACAD. TYPOGR.

AMPLISSIMA FACULTAS
IURIDICA
IN UNIVERSITATE ROSTOCKENSIS
AD HUNC ACTUM DECERNENS
IOH. JOACH. SCHÖPFLIN
J. H. D. & Prof. Comes Palat.
Caus. Consil. & Cancellarius
Vicedirector
Suo et legit. Coadj. Iuridici Nomine
AD
DISSENTATIONEM IN AUCTORALEM
DE
DETERMINA-
TIONIBUS IURIS
NATURALIUM ATQUE LEGALIUM
DR. JO. BARTHOLOM.
WISSE ANNOVERANI
IN AUSTRIAM MAIORI
D. IN UNIVERSITATE G. M. AUSTRIAE
MAGISTRUM DR. RECTORUM ILLUSTRIS
REPUBLICAE SERRIENSIS OMNIBUS OMNINO CLASSE
HONORARIIS ET CIVIS ACADEMICIS
CENS. ORATOR ET AMPLISS.
NATURALI
ROSTOCKI
Typis Joh. Weyhling, SERRIENSIS PRINC. & COND. TYPOG.



Ulgidissimum civilis

prudentiæ decus Ulpianus in
l. Jus civile 6. pr. ff. d. J. & J.
jus civile describit: quod neque in
totum à naturali vel gentium rece-
dat, nec per omnia ei seruiat. Ita-
que cum aliquid additur vel detrahi-
tur juri communi, jus proprium in e.
civile efficitur.

Qvibus ver-
bis perspicue docet summus Iustus, jus civile fundamentum
aliquod in jure naturæ & gentium habere, huic tamen fun-
damento certam *determinationem* adjectam esse à jure civili,
vel addendo vel detrahendo aliquid juri naturali. Exemplum
suppeditat patria potestas, quæ extra omne dubium, juris est
naturalis & gentium *arg. l. Veluti 2. ff. d. J. & J. & l. Parens
res naturales 6. ff. d. in jus vocand.* Jus tamen Roma-
num insignes effectus adjecit juri naturali, quales sunt:
quod filiusfamilias non tantum patrem convenire non possit
l. fin. C. d. in jus voc. Sed nec alium extraneum, sine consen-
su patris, in jus vocare valet *l. 1. in fin. C. d. anal. except.* in-
juriam quoque filiosfamilias illatam, pater remittere potest,
filio licet invito *l. Sed si unus 17. §. plane 12. ff. d. injur.* Nec
filiosfamilias permittitur, sine consensu patris uxorem duce-
re *l. Paulus 11. ff. d. stat. homin. l. Nuptia. 2. ff. d. R. N.* quod
bona filiosfamilias acquisita pertineant ad patrem *l. Eju 2. C.*

)) 2

d.

d. patria potest. Quod tamen pro diversitate peculiarium re-
strictum est. Ut tamen adhuc hodie filii vox, tanquam patris
intelligatur, in iis rebus, quæ patri acquiri possunt *S. Si quis
alii 4. in fin. J. d. inutil. stipul.* paterfamilias, filio impuberi de
tutore prospicere *l. Quo tutela 7. S. 1. ff. d. R. J.* & in
testamento pupillariter substituere potest *pr. Inst. d. pupill.
substit.* Cum ergo jus Romanum tam insignes effectus juri
naturæ adjecerit, in *S. ius autem 1. J. de patria potest.* jus
potestatis, quod in liberos habemus, proprium esse dicitur
civium Romanorum. Simili ratione facultatem testandi
juri adscribo naturali, nihil enim est, quod magis homi-
nibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis liber sit Stylus,
& licitum, quod iterum non redit, arbitrium, ut loquitur
Constantin. in *l. 1. C. d. Sacro S. eccles.* Ex liberrimo enim ar-
bitrio, quod quisque in res suas habet *l. In re C. Mandat*
fluit quoque potestas condendi vel non condendi testamen-
tum. Nec est quod excipias, testatorem post mortem suam
nullum amplius habere dominium in res relictas, repono
enim testatorem de rebus suis disponere eo tempore, cum
adhuc esset dominus, sicuti ergo vivus, inter vivos, de
rebus suis donare atque disponere potest, dilata executione
post mortem disponentis, ita etiam vivus per testamentum
disponere valet, cujus executio differtur post mortem.
Admodum enim conveniens naturæ, ut quis malit res sibi
servare, quamdiu vivit, malit vero bona post mortem relinquere
alii, quam heredi ab intestato succedenti, uti de donatione
mortis causa loquitur *l. r. pr. ff. d. mort. caus. donat.* Cum
vero juri naturali tantæ additæ sint solennitates, hinc merito
testamenta referuntur ad jus civile *arg. S. fin. J. d. Us. &
Hab. junct. S. ult. ff. per quas person. cuique acquir.*

Simili ratione jus civile juri naturali quid detrahit, quan-
do ex pacto nudo non concedit actionem *l. Juris gentium 7.
S. 4. ff. d. pacti.* Nihil enim tam congruum fidei humanae,
quam ea quæ inter homines placuerunt servare *l. 1. ff. eod.*
Simili modo jus naturale improbat omnem læsionem in
conz

contractibus, jus vero Romanum detrahit juri naturali admittendo laesionem usque ad dimidium *l. 2. C. d. rescind. vendit. Commerciorum* quoque libertas juris vocatur Gentium *l. Ex hoc jure gentium 5. ibi* : commercium *ff. d. J. & J.* Nihilominus Rostochii, in ipsis vidi nundinis, quod mercatoribus denegata sit facultas calceos & gladios plene elaboratos vendere. Nec exteris permittitur apud Turcas, Chineses & Japanenses liberam exercere mercaturam, imo ne Batavi quidem, in India orientali, aliis populis liberam permittunt mercaturam, teste Feltmann *ad l. 5. ff. d. J. & J. ib. 27.* Ex quibus, aliisque inhnitis exemplis probatur, jus naturale & gentium restringi a jure civili, quando juri communi quid detrahitur. Et hujus doctrinae campus adeo amplus est, ut Glosa *ad l. 6. ff. d. J. & J. in fin.* non sine fundamento, dicat: totum fere corpus juris esse jus civile, cum ibi vel in forma, vel in materia, juri communi sit additum vel detractum. Adeoque jus civile nihil aliud, quam *determinationem juris natura* dicit Mynsing. *ad pr. J. d. J. N. G. & Civ.* quem laudat & sequitur acutissimus *J. C. Joh. Otto Tabor in Collat. jur. Rom. & Hungarici sect. 4. lit. B. Diss. 1.* Quae determinatio juris civilis absolute necessaria est, quia jus naturale, propter incredibilem dissentiendi in jure naturae facilitatem, (de quo pluribus vide *Dn. Mauritium in Diss. d. Princip. jur. publ. Germ. cap. 3. & 4. sect. 1. 2. 3.*) nullum litium finem admitteret, interim non tantum jucundum, sed & quandoque utile fontes juris naturalis monstrasse, ex quibus jus promanavit civile. In quo prolixo dicendi campo Vir Nobilissimus atque praclarissimus *Dn. Johannes Barishold Weise Hannoveranus J. U. Candidatus clarissimus vires suas erudito monstravit orbi.*

Natus autem hic eximius Candidatus d. 26. Januar. 1674. Hannoverae, quae est sedes Electoralis Brunsvico-Luneburgicae, patre cive ac mercatore nobilissimo **GEORGIO WEISE** matre.

matre vero foemina omni virtutum decore leatiffima
CATHARINA ELISABETHA SCHRAMM beati
JOACHIMI SCHRAMM / Mercatoris Hannoverani
praecipua filia. Quam tamen dulcissimam matrem, mox post
gravissimos partus labores, Candidatus vix luce donatus,
amisit, Tanta majori sollicitudine pater filioli recens nati, cu-
ram suscepit, ei que de necessariis vitae subsidiis, laudabili cu-
ra, prospexit, & cum crescente aetate ingenium ad
studia aptum progeminaret, studiis hunc Filium, felici omni-
ne, dicavit, atque praceptoribus tam publicis, quam pri-
vatis commisit, usque ad annum aetatis decimum septimum.
Sicuti autem pleraeque plantae in alio solo, quam in quo natae,
laetius exerescere solent, ita etiam adolescentes in exteris
saepe locis, feliciter in moribus ac studiis proficiunt. Idem
de filio suo parens optimus iudicans, eundem Brunsvicum
misiit, & Rectoris *Dn. Gerhardi & Con. Rectoris Dn. Gaezii*
per integrum ferè triennium, celebratissimae commisit in-
formationi. Quae vero adhuc in Latinitate, Oratoris Logi-
cis atque Historicis deerant, in Schola Cellensi supplevit.
Donec anno MDCXCVI in celeberrimo rei literariae atque
mercaturae emporio *Lipsiensi*, Albo Academicorum nomen
daret, ex quo tempore officium studiosi juris explevit, ter
enim institutiones juris pertractavit, iisdemque *Dn. Weid-
lingii* philosophiam juridicam, & jus publicum, quod beatus
DN SCHWENDENDORFERUS profitebatur, iunxit. Ex
Lipsiensi Erfordiam progressus est, ubi hospitio & lectionibus
D. Bofsi, qui sub nomine *Talandri* notus, usus est, non
neglecto collegio *B. Dn. Georgii Henr. Bruckneri* in Tabulam
suam actionum synopticam. Exinde *Jenam* petiit, ubi cursum
juris apud perillustrem *Dn. Baronem de LYNCKER* hodie
consiliarium Imperatoris aulicum eminentissimum, teste catalogo
auditorum, typis, Mense Junio 1699. impresso, incepit, cum
vero coeptum non abolveretur, incessit cupido, alibi hunc
cursum pertractandi, absolvit tamen *Schnobelium ad ff.* Et jus
feudale praeeunte excellentissimo *Dn. consiliario aulico FRISIO.*
Jena.


Jenensem cum *Hallensi* commutavit, in qua per triennium integrum ex ore *Illustris Dni. STRYCKII & Dni. BUDEI*, tum temporis Philosophiæ Professoris dependit, & in publicis quoque Disputationibus officium opponentis, etiam extraordinarii sustinuit, talemque se præbuit, ut dignus judicatus sit, ab *excellentissimo Dni. STRYCKIO*, qui *nobili Saxonico de Marschall* repetitionis gratia, adjungeretur. Laudabiliter sic transactâ vitâ Academicâ, patrios repetit lares, vix vero adventantem *illustrissimus Dni. Comes Imperii immediatus de SCHAUMBURG LIPPE* constituit *Secretarium*, & post abitum suum in Italiam, *Fisci* quoque *Advocatum & Inspectorem rerum Domania- lium*. Postquam in tribus ablegationibus, nimirum in Sveviam, Berolinum & Cliviam, negotia Principalis sui gratiosissimi, debita fide ac solertiâ expediverat, dimissionem, ex certis rationibus quæsitam, ut ut ægre, tandem obtinuit. Testantur enim hoc sequentia diplomatis verba, sub dato Bückeburg d. 7. Febr. 1703. *Daß man in seinen Verrichtungen ein gutes Contento gehabt / und da es anders sein eigener Zustand hätte leyden wollen / ihn gleichmäßig noch ferner beyzubehalten / wohl gesonnen gewesen &c.* Rediit vero in patriam, causisque perorandis, in judiciis tam superioribus, quam inferioribus operam dedit, simul consultus & adhibitus in rebus judiciariis dirigendis à *perillustri Dni. Barone de BODENHAUSEN, Vasallo Grubenhagensi & Hassiaco*, donec pater quoque Candidati Anno 1706. animam Deo placide redderet. Exortâ vero lite cum noverca, comendationem *illustris Dni. STRYCKII* secutus, curam ac informationem Filiorum *illustris Dni de PERCKENTIN S. R. Maj. Dan. & Norweg. Consilarii intimi, ac Dynastie Pinnenbergensis Præsidi magni*, per biennium in se suscepit. Sopita interim lite per amicabilem compositionem, constituit summos in jure ambire honores, quo meliorem nancisceretur occasionem vel in foro, vel in cathedra reipublicæ in serviendi. Commissio vero Cæsarea, Hamburgi adornata propositum distulit, quia tam commodam occasionem, in publicis suam augendi eruditionem dimittere noluit, cum *Vir per- illustris*


*Illustris Dn. Baro de GROTE, Serenissimi ac potentissimi Electoris
Brunsvico Luneburgensis Consiliarius intimus, ei officium Se-
cretarii gratiose offerret.*

Inopinata vero controversia de præcedentia, huic com-
missioni cum remoram injicere videretur, rediit ad propo-
situm promovendi. Et à facultate juridica Rostochiensis modeste
petiit, ut ad consveta Candidati examina admitteretur; annuit
facultas petitioni, & talem in examine deprehendit, qui non tam
ambire, quam mereri summos in utroque jure honores, velit, in
numerum ergo Candidatorum eum recepit, eidemque facul-
tatem concessit, dissertationem pro summis in jure honori-
bus consequendis, conscribendi. Elegit vero sibi talem mate-
riam, in qua & Philosophiæ & juris naturalis ac Gentium, nec
non juris civilis principia atque fundamenta lustrare, repetere
atque deducere posset, cui laudabili instituto consensum præ-
bui & haud invitus permisi, ut curiosas suas meditationes eru-
ditorum censura ac solenni submitteret examini. Cui nego-
tio, cum, Deo clementer annuente, destinata sit 12. Novembr.
MAGNIFICUM DN. RECTOREM, illu-
stris regiminis Procures, utriusque reipubl. Sena-
tum amplissimum, excellentissimos omnium Facul-
tatum Doctores, Verbi Divini Ministros, Philoso-
phiæ Magistros, gente ac mente generosam ac no-
bilissimam studiosorum coronam, omnesque litera-
rum studia amore prosequentes, meo, & amplissima
facultatis juridicæ nomine, eâ, qua par est, observantia atque
humanitate invitatos & rogatos volo, ut in hac *solenni Disserta-
tione*, horis ante & pomeridianis, benevolas aures ac linguas
Candidato huic præbeant. Etego & Candidatus hoc
beneficii genus grato semper recolemus animo, &
officia nostra singulis offeremus quam
promissimâ.]


P. P. Rostochii (sub sigillo Facultatis d. 20. Octobr. A. MDCCLIX.

0) 90









the scale towards document

⌘ (o) ⌘

identia restitutum, nummus eiusdem argen-
, in quo Mercurius representatur cum stro-
nodio, dextra crumenam, sinistra Caduceum
nscriptio PROVIDENTIA AUG. Ex num-
deo nummum in Augusti consecrationem cu-
versa pars cum effigie Augusti habet DIVVS N. III.
PATER, auersa aram, ad cuius latera S. C.
IDENT. Harduinus* quidem, qui huncce
enset, putat Augusti prouidentiam innui,
m reliquerit Tiberium. Verum, dum hic
Augusti consecrationem fuerit cusus, potius
Deorum intelligi putarem, dum alius num-
consecrationem cusus occurrat, cum epigra-
AVGVSTO, cuius altera pars aram cum igni
e inscriptione CONSECRATIO, exhibet.
nummus æneus quem possideo Maximini, ** in N. IV.
rte occurrit Dea, sinistra tenens Cornu Copiæ,
, qua globum ante pedes iacentem indicat,
OVIDENTIA AVG. Similis figura atque in-
it in nummo Pupieni, *** atque Gordiano-
tris & filii, nisi quod in hoc Dea cum Cornu
æ innitatur. In nummo argenteo Treboniani
iani stat Dea cum hasta & globo, inscript.
IA AVGG. Hoc ipso autem non tam prou-
monaria, quam potius prouidentia Augu-
ndo imperio indicatur. Licet nonnunquam
ant cum inscriptione Prouidentia Deorum,
inducant, Imperium horum Prouidentia
Talis est nummus Antonini Pii, *** in
lemus cum alis expresum; vt designetur,
) (3 Deo-

704. ** Eundem æque recenset Harduinus *Histor. Aug.*
Harduinus p. 825. *** Vaillant *de numm. aur. atque arg.*
Apud Oiselim Tab. LX, n. 11.